UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè Lutherana[m], Li-||bri nouem.||

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

Visual Library

inſurgentibus, ſermo Dei velut ignis validus aduenienſ, ſpinas conſumpſit, agros repurgauit, ſeminauit verbum prædicationis.

CAPVT VI.

ET licet hi qui crediderunt in carceribus ſeruarentur, deſpectui eſſent, amitterent ſubſtantias, occiderentur, traderentur igni, ſubmergerentur aqua, & omne tormentorũ genus ſuſtinerent cum ſumma ignominia, & perſecutionem paterentur vt hoſtes publici, plures tamen ſemper accreſcebant, non ſolùm nihil ex afflictionibus aliorum facti ſegniores, ſed & multo alacriores, & ad pulchrã hãc piſcationẽ aſsiliebãt, ſicque à piſcatoribus capiebantur, non coacti, non vim paſsi, ſed ſponte accurrentes, gratiamque habentes adducentibus. Et quamuis viderent fluere torrentes ſanguinis credentium, feruentiores tamen reddebantur in fide & fidentiores. Et non diſcipulis ſolùm, ſed & magiſtris vinctis, fugatis flagellatis, aliaque mille mala paſsis, diſcipuli plures fiebant, & magis ſtudioſi. Quare Pau-

Perſecutionibus nõ ſunt facti ſegniores Chriſtiani ſed creuerunt magis.

Philip. 1.

re Paulus clamat, dicens: Vt plures è fra
tribus in domino confidentes, in vincu
lis meis abundantius auderent, ſine ti-
1, The. 2 moreverbum Dei loqui. Et alibi iterũ:
Vos imitatores facti eſtis Eccleſiarum,
quæ ſunt in Iudæa, quia eadem paſsi e-
ſtis & vos à contribulibus veſtris, ſicut
& ipſi à Iudæis, qui & dum occiderunt
Ieſum, & prophetas, & nos perſequuti
ſunt, & Deo non placent, & omnibus
Heb, 10 hominibus aduerſantur, prohibentes
nos loqui gentibus, vt ſaluæ fiant. Alijs
quoque ſcribens, ſic dicit: Rememora-
mini autem priſtinos dies, in quibus il-
luminati, magnum certamen ſuſtinui-
ſtis paſsionum. Et in altero quidem op-
probrijs & tribulationibus ſpectaculũ
facti, in altero autem ſocij taliter con-
uerſantium. Nam & vinctis compaſsi e-
ſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cũ
gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos ha
bere meliorem & manentem ſubſtanti-
am. Vides virtutis excellentiã, q̃ tanta
operata eſt? Nã qui tanta patiebãtur, nõ
ſolùm non ægrè ferebant vel deficie-
bant, ſed & gaudebant, geſtiebant, ex

ulta-

ultabãt. Et de diſcipulis quidem dicit, quòd publicationem ſubſtantiæ, cũ voluptate acceperint, de magiſtris verò, quòd iuerint à conſpectu concilij gaudentes, vtpote digni habiti pro nomine Ieſu contumeliam pati. At de ſeipſo ait: Gaudeo in paſsionibus meis pro vobis, & adimpleo ea quæ deſunt paſsionum Chriſti in carne mea. Et quid miraris, quòd in paſſionibus gauiſus fuerit, cum & morturus non ſolùm gaudebat, ſed et diſcipulos ad communionem lętitię ſuę vocabat, quod ſanè excellenter lætantis animę erat? Sic enim ait: Gaudeo & congratulor omnibus vobis, idipſum autem et vos gaudete et congratulamini mihi. Et quid factum eſt dicito, quod tãto gaudio impletur? Ego em̃ (ait) iam delibor & tempus meæ reſolutionis inſtat.

Actor. 5

Philip. 2.

2. Tim. 4.

CAPVT VI.

SIc igitur ędificabant, alioqui nullus ędificare poteſt parietem vnũ, quẽ lapidibus & calce extruit, ſi impediatur & fugetur, illi autem etiam Eccleſias in toto

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN